

U. q. 17. 3



P

81

Falkenberg

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..


... ..

JOHANNES CHRISTOPHORUS *Falckner*

J. U. D. Prof. Publ. & h. t. Facultatis Juridicæ

DECANUS

L. 5.



Adeo populus Romanus à ducendis uxoribus abhorruit, ut per Censores fuerit ad capeffenda matrimonia exhortandus, dubio procul ob onera conjugii, ob astum mulierum, jurgia, levitatem, dominandi cupidinem; Animadversum est, in poenam quasi solitas olim, tradente ita *Philippo Caroli in animadv. ad Agell. lib. 1. Noct. Attic. c. 6. animadv. 1.* juvenibus luxuriosis uxores dari, juxta illud *Plauti in Trinum: Si pro peccatis centum ducat uxores, parum est.* Variæ enim oriuntur in conjugio calamitates, nunc conjugum discordia, nunc rixæ, simultates, penuria ac rei familiaris angustia, & si quæ alia sunt incommoda atque onera, quæ ut maritus facilius sustineat, plerumque dos ipsi dari atque constitui solet, cujus quantitas varias apud gentes varia fuit: *Masilienses* maximam dotem præfuerunt centum aureos, & eo amplius in vestem quinque, & in mundum muliebre aureos quinque; *Veneti* Patriiis terminum dotis constituerunt sex millia aureorum, ultra quem prodire nefas putarunt; *Russi* *Polonis* vicini non latifundia aut magnum argenti auriq; acervum, sed vestes, cibos, equos, boves, & id genus quædam alia in dotem tradunt, quorum frugalitati convenit antiquus Germanorum mos, de quo *Tac. de morib. Germ. Dotem non uxor marito, sed uxori maritus affert: Intersunt parentes & propinqui, ac munera probant, munera non ad delicias muliebres quæsitæ, nec quibus nova nupta comatur, sed boves & frenatum equum, & scutum cum frameâ gladioq;.* In hæc munera uxor accipitur, atq; invicem ipsa armorum aliquid viro affert. Hoc maximum vinculum, hæc arcana sacra, bos conjugales Deos arbitrantur. *Saxones* mulieres planè indotatas nubere jusserunt, & sponsus pro sponsâ pretium parentibus vel tutoribus offerre coactus fuit. Apud incolas orientales consuetum fuisse tradunt, ut non tam sponsa quam sponsus dotem in medium afferret, eo, quod *Sichem* dotem auctiorem & munera promiserit *Dinæ*, ut sibi relinqueretur juxta uxoris loco *Genes. c. 34.* & *Jacob* Patriarcha, cum nihil haberet *Labani* socero retribuendum, servitia septennalia pro singulis filiabus præstiterit *Genes. c. 29.* *Armsæ. de Jure Connub. cap. 3. sect. 8. num. 16. & aliquot seqq.* At verò secus hodiè est, aliudque nostro ævo receptum, quippe quo sponsa dotem adfert, & juvenes promissis divitiarum ad matrimonia invitantur *l. 71. §. 1. ff. de condition. & demonstr. & parentibus*, quantum volunt, loco dotis dare filiabus suis permittitur, *arg. l. 21. C. Mandat.* Divitias enim & pecuniam, ut est avidum pecuniæ hominum genus, plerique appetunt, ut, ubi pinguis dos præluceat, non tam puellam quam dotem spectent, & omnem potius spem atque summam rerum collocent in ære ac argento, quamvis & multi sæpè probam pauperiem, solâ virtute ac probitate contenti, sine dote sequantur. Constitui autem dos hodiè solet à mulieris Parentibus, tum ut maturius filia procum inveniat, tum ut facilius matrimonii onera maritus sustineat, ipsumq; matrimonium concordantius conservetur. *l. 2. l. 39. l. 48. ff. de jur. dot. Vultej. ad pr. Inst. quib. alien. lic. vel non. num. 12.* Et hinc, quia maritus non saltem onera matrimonii, verum etiam dotis periculum sustinet, æquisimâ juris ratione ita dotis dominus efficitur, ut post contractum matrimonium traditione factâ fructus rerum dotalium lucretur, *l. 7. l. 10. §. 3. l. 32. ff. de jur. dot. l. un. §. 9. C. de rei uxor. act. Bronchorst. ad l. 10. ff. de R. J. ipsum verò dominium naturaliter scil. & sine qualitate dotali consideratum penes uxorem remaneat l. 30. C. de jur. dot. &*, ut antea dictum, maritus saltem fructus exinde percipiat, ipsâ re dotali salvâ manente: *Rei Publ. namq; interest, dotes mulieribus conservari salvas, unde, decoctis fortè à marito rebus, se honestè alant, Bronchorst. ad l. 23. ff. de R. J. vel mortuo fortè marito eò facilius ad secunda vota transire ac nubere possint l. 1. ff. solut. matrim. Perez. ad Cod. tit. qui pot. in pign. hab. n. 22.* Ob quas ipsas causas mulieres etiam jus tacitæ hypothecæ pro recuperanda dote in bonis mariti habent, omnibusq; aliis creditoribus etiam anteriorem sive tacitam sive expressam hypothecam habentibus præferuntur *l. 12. C. qui pot. in pign. hab.* idque in praxi totius Germaniæ ita observari tradit *Gail. lib. 45. n. 10.* aliiq; Sed de hac prærogativâ, quâ præ aliis Creditoribus mulieres ratione prælatæ dotis gaudent, pluribus occasione dict. *l. 12. C. qui pot. in pign. hab.* in lectione cursoriâ acturus est **Clarissimus DN. JOHANNES HENRICUS BAUERUS**, J. U. Candidatus Eximius, de cujus vitæ curriculo, more hætenus recepto, quædam proferemus: Natus autem est *Alslebiæ* Anno M. DC. XXXVII. Patre Viro integerrimo **DN. HENRICO BAUERO**, tum temporis ibidem Mercatore, hodiè verò Hospitii Electoralis Saxonici, quod *Dresdæ* est, Præfecto; Matre **SOPHIA**, matronâ honestissimâ, Viri Amplissimi atque Spectatissimi **DN. CHRISTOPHORI Bockings** / Præfecti *Scraplaviensis* filiâ: Hisce à Parentibus suis à teneris statim annis ad pietatem aliasque virtutes adsuefactus, ac, ut paternæ inspectioni & curæ semper expositus esset, privatis sive domesticis præceptoribus commissus fuit, donec tandem adultior factus, jussu charissimi Parentis ad *Illustre Gymnasium Electorale*, quod *Mina* est, se contulit, ibiq; per integrum quadriennium in studia, quo pede cœperat, incubuit. Hinc Anno M. DC. LIII. Celeberrimam *Academiam Lipsiensem* adiit, ubi integro, quod ibi exegerat, triennio politioris literaturæ ac philosophiæ studiis mentem imbuit, usus præcipuè in informatione Viri Admodum Reverendi, Amplissimi atque Excellentissimi **DN. FRIDERICI Kappolds** / S. S. Th. Lic. & Prof. Publ. celeberrimi, nec non Clarissimi nostri **BOSII**, cum Hic tum temporis ibidem explicaret *Agricolam*. Jactis feliciter politioris litteraturæ fundamentis, animum ad *Jurisprudentiam* applicavit, ibiq; Virum Nobilissimum, Consultissimum atque Excellentissimum **DN. ANDREAM BRUMMERUM**, Phil. & J. U. D. Celeberrimum, privatim docentem audivit sedulo; Postmodum ut benè cœptam studiorum suorum telam feliciter continuaret, ad *Almam Leucoræam* se contulit, totumque se dedit Viro Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo atque Excellentissimo **DN. CHRISTIANO Klengel** / JCTO & tum temporis Antecessori celeberrimo, hodiè verò Consiliario *Electoralis Saxonici* Eminentissimo. Exindè, cum per annum & quod excedit ibi substitisset, *Argentoratum* abiit, ibiq; linguas exoticas, Gallicam nimir. atq; Italicam, sibi reddidit familiares, hisque alia exercitia, quæ agile humanum corpus reddunt, adjunxit. Relicto *Argentorato* *Lutetias Parisiorum* invisit, non vanâ ac vagâ videndi curiositate vel novitatis prurigine, sed linguæ gallicæ & exercitiorum, quæ juventutem commendare magis solent, amore atq; discendi cupiditate; Reversus in patriam, ibidem per tempus commoratus est, vitæ Aulicæ magis quam Academicæ cupidus; Ne tamen studia deseruisse planè videretur, anno nuper præterito *Illustrem* hanc nostram *Salanam*, Parentis jussu atque consilio, salutavit, sectatus statim Doctorem Virum Magnificum, Nobilissimum, Consultissimum atq; Excellentissimum **DN. GEORGIUM ADAMUM Struven** / JCTum solidissimum, Senioremem Facultatis nostræ gravissimum, Antecessorem celeberrimum, Collegam meum plurimum observandum, cum publicè difficiliores *Leges Codiçis* interpretaretur, privatim verò *Leges* inter se pugnantem conciliaret. Adjunxit verò se insuper Viro Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo atque Excellentissimo **DN. ERNESTO FRIDERICO SCHRÖTERO**, JCTO & Prof. Publ. Celeberrimo, itidem Collegæ meo pl. honorando, tum in privato collegio practico, tum *Disputatorio Schnobeliano*; Debitâ quoq; industriâ sedulaq; attentione Virum Nobilissimum, Amplissimum, Consultissimum atque Excellentissimum **DN. JOH. VOLK. BECHMANNUM**, JCTum ac Prof. Publ. Famigeratissimum, Collegam meum maximè colendum, publicè prælegentem auscultavit, suamque industriam Huic aliisq; Doctoribus tam publicè quam privatim sufficienter probavit. Quorum in numero libens me silentio præterirem, nisi hoc ipso noster Candidatus suo honori quid decedere putasset, qui aliquâ in parte rerum à se benè gestarum posuit, me audivisse *Institutiones Juris* publicè explicantem. Denique (quod nequaquam celandum) ut omne tempus studiis impenderetur, privatâ atque assiduâ manu ductione, Viri Nobilissimi, Amplissimi atque Consultissimi **DN. ADRIANI BEYERI**, J. U. Doctoris præcellentissimi, Fautoris atq; Amici nostri honoratissimi usus, atq; cum Eo totus semper fuit. Fretus igitur studiorum suorum fiduciâ, censuram atq; judicium nostri Collegii subire decrevit, atq; in numerum Candidatorum receptus textus propositos erudite resolvit, aptèq; ad opposita dubia respondit. Et quia ratio ordinis, ut publicè eum nunc sistamus, eiq; viam ad reliqua specimina edenda, quorum in numero & cursoriâ lectio est, aperiamus, requirit, agite, Magnifice **DN. RECTOR**, cæteri que *Proceres* ac *Cives Academici* cras horâ decimâ antemeridianâ huic *Lectioni* in *Acroaterio* JCTorum frequentes adeste. Nos paria datâ occasione faciemus. P. P. d. XXII. Majj Anno M. DC. LXV.

LITERIS NISIANIS.

JOHANNES CHRISTOPHORUS DECANUS
WILH. Prof. Pub. & h. e. Facultatis Juridicae

DECANUS

PROPTER DEO




[The main body of the document contains a dense Latin text, likely a legal or administrative record. The text is oriented upside down relative to the header. The visible text includes 'Johannes Christophorus Decanus', 'Wilhelmus Professor Publicus et h. e. Facultatis Juridicae', and 'Propter Deo'. The text continues with various clauses and dates, though it is largely illegible due to its orientation and fading.]



JOHANN
RUM CONIUGIUM

PROPOSITIO DEO



[Faded Latin text, likely a preface or a section header, consisting of several lines of text.]

99 A 6924


ULB Halle 3
002 636 603



52

V 17





JOHANNES CHRISTOPHORUS *Kalckner*

J. U. D. Prof. Publ. & h. t. Facultatis Juridicæ

DECANUS

L. S.



Deò populus Romanus à ducendis uxoribus abhorruit, ut per Censores fuerit ad capeffenda matrimonia exhortandus, dubio procul ob onera conjugii, ob astum mulierum, jurgia, levitatem, dominandi cupidinem; Animadversum est, in pœnam quasi solitas olim, tradente ita *Philippo Caroli in animadv. ad Agell. lib. 1. Noct. Attic. c. 6. animadv. 1. juvenibus luxuriosis uxores dari, juxta illud Plauti in Trinum: Si pro peccatis centum ducat uxores, parum est.* Variæ enim oriuntur in conjugio calamitates, nunc conjugum discordia, nunc rixæ, simultates, penuria ac rei familiaris angustia, & si quæ alia sunt incommoda atque onera, quæ ut maritus facilius sustineat, plerumque dos ipsi dari atque constitui solet, cujus quantitas varias apud gentes varia fuit: *Masilienses maximam dotem præfuerunt centum aureos, & eo amplius in vestem quinque, & in mundum muliebrem aureos quinque; Veneti Patritiis terminum dotis constituerunt sex millia aureorum, ultra quem prodire nefas putarunt; Russi Polonis vicini non latifundia aut magnum argenti aurique acervum, sed vestes, cibos, equos, boves, & id genus quædam alia in dotem tradunt, quorum frugalitati convenit antiquus Germanorum mos, de quo Tac. de morib. Germ. Dotem non uxor marito, sed uxori maritus offert: Intersunt parentes & propinqui, ac munera probant, munera non ad delicias muliebres quasita, nec quibus nova nupta comatur, sed boves & frenatum equum, & scutum cum frumæ à gladio.* In hac munera uxor accipitur, atque, invicem ipsa armorum aliquid viro offert. Hoc maximum vinculum, hæc arcana sacra, bos conjugales Deos arbitrantur. Saxones mulieres planè indotatas nubere jusserunt, & sponsus pro sponsa pretium parentibus vel tutoribus offerre coactus fuit. Apud incolas orientales consuetum fuisse tradunt, ut non tam sponsa quam sponsus dotem in medium afferret, eo, quòd Sichei dotem auctiorem & munera promiserit Dinæ, ut sibi relinquere justæ uxoris loco *Genes. c. 34.* & Jacob Patriarcha, cum nihil haberet Labani socero retribuendum, servitia septennalia pro singulis filiabus præstiterit *Genes. c. 29. Arisa. de Jure Connub. cap. 3. sect. 8. num. 16. & aliquot seqq.* At verò secus hodiè est, aliudque nostro ævo receptum, quippe quo sponsa dotem adfert, & juvenes promissis divitiarum ad matrimonia invitantur *l. 71. §. 1. ff. de condition. & demonstr. & parentibus, quantum volunt, loco dotis dare filiabus suis permittitur, arg. l. 21. C. Mandat.* Divitias enim & pecuniam, ut est avidum pecuniæ hominum genus, plerique appetunt, ut, ubi pinguis dos præluceat, non tam puellam quam dotem spectent, & omnem potius spem atque summam rerum collocent in ære ac argento, quamvis & multi sæpè probam pauperiem, solâ virtute ac probitate contenti, sine dote sequantur. Constitui autem dos hodiè solet à mulieris Parentibus, tum ut maturius filia procum inveniat, tum ut facilius matrimonii onera maritus sustineat, ipsumque matrimonium concordantius conservetur. *l. 2. l. 39. l. 48. ff. de jur. dot. Vulcej. ad pr. Inst. quib. alien. lic. vel non. num. 12.* Et hinc, quia maritus non saltem onera matrimonii, verum etiam dotis periculum sustinet, æquisimâ juris ratione ita dotis dominus efficitur, ut post contractum matrimonium traditione factâ fructus rerum dotalium lucretur, *l. 7. l. 10. §. 3. l. 32. ff. de jur. dot. l. un. §. 9. C. de rei uxor. act. Bronchorst. ad l. 10. ff. de R. J. ipsum verò dominium naturaliter scil. & sine qualitate dotali consideratum penes uxorem remaneat l. 30. C. de jur. dot. & ut antea dictum, maritus saltem fructus exinde percipiat, ipsâ re dotali salvâ manente: Reipubl. namque interest, dotes mulieribus conservari salvas, unde, decoctis fortè à marito rebus, se honestè alant, *Bronchorst. ad l. 23. ff. de R. J. vel mortuo fortè marito eò facilius ad secunda vota transire ac nubere possint l. 1. ff. solut. matrim. Perez. ad Cod. tit. qui pot. in pign. hab. n. 22.* Ob quas ipsas causas mulieres etiam jus tacitæ hypothecæ pro recuperanda dote in bonis mariti habent, omnibusque aliis creditoribus etiam anteriorem sive tacitam sive expressam hypothecam habentibus præferuntur *l. 12. C. qui pot. in pign. hab.* idque in praxi totius Germaniæ ita observari tradit *Gail. lib. 45. n. 10.* aliique. Sed de hac prærogativâ, quâ præ aliis Creditoribus mulieres ratione ælatæ dotis gaudent, pluribus occasione *dict. l. 12. C. qui pot. in pign. hab.* in lectione cursoriâ acturus est Clarissimus DN. JOHANNES HENRICUS BAUERUS, J. U. Candidatus Eximius, de cujus vitæ curriculo, more hæctenus recepto, quædam proferemus: Natus autem est Alslebiæ Anno M. DC. XXXVII. Patre Viro integerrimo DN. HENRICO BAUERO, tum temporis ibidem Mercatore, hodiè verò Hospitii Electoralis Saxonici, quod Dresdæ est, Præfecto; Matre SOPHIA, matronâ honestissimâ, Viri Amplissimi atque Spectatissimi DN. CHRISTOPHORI GÖCKINGS / Præfecti Scraplaviensis filiâ: Hisce à Parentibus suis à teneris statim annis ad pietatem aliasque virtutes adsuæfactus, ac, ut paternæ inspectioni & curæ semper expositus esset, privatis sive domesticis præceptoribus commissus fuit, donec tandem adultior factus, jussu charissimi Parentis ad Illustre Gymnasium Electorale, quod Misnæ est, se contulit, ibique per integrum quadriennium in studia, quo pede cœperat, incubuit. Hinc Anno M. DC. LIII. Celeberrimam Academiam Lipsiensem adiit, ubi integro, quod ibi exegerat, triennio politioris literaturæ ac philosophiæ studiis mentem imbuit, usus præcipuè informatione Viri Admodum Reverendi, Amplissimi atque Excellentissimi DN. FRIDERICI KAPPOLDS / S. S. Th. Lic. & Prof. Publ. celeberrimi, nec non Clarissimi nostri BOSII, cum Hic tum temporis ibidem explicaret Agricolum. Jactis feliciter politioris litteraturæ fundamentis, animum ad Jurisprudentiam applicavit, ibique Virum Nobilissimum, Consultissimum atque Excellentissimum DN. ANDREAM BRUMMERUM, Phil. & J. U. D. Celeberrimum, privatim docentem audivit sedulo; Postmodum ut benè cœptam studiorum suorum telam feliciter continuaret, ad Almam Leucoræam se contulit, totumque se dedit Viro Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo atque Excellentissimo DN. CHRISTIANO SLENGELN / JCTO & tum temporis Antecessori celeberrimo, hodiè verò Consiliario Electorali Saxonico Eminentissimo. Exindè, cum per annum & quod excedit ibi substitisset, Argentoratum abiit, ibique linguas exoticas, Gallicam nimir. atque Italicam, sibi reddidit familiares, hisque alia exercitia, quæ agile humanum corpus reddunt, adjunxit. Relicto Argentorato Lutetias Parisiorum invisit, non vanâ ac vagâ videndi curiositate vel novitatis prurigine, sed linguæ gallicæ & exercitiorum, quæ juventutem commendare magis solent, amore atque discendi cupiditate; Reversus in patriam, ibidem per tempus commoratus est, vitæ Aulicæ magis quam Academicæ cupidus; Ne tamen studia deseruisse planè videretur, anno nuper præterito Illustrem hanc nostram Salanam, Parentis jussu atque consilio, salutavit, sectatus statim Doctorem Virum Magnificum, Nobilissimum, Consultissimum atque Excellentissimum DN. GEORGIUM ADAMUM STRUVEN / JCTum solidissimum, Seniore Facultatis nostræ gravissimum, Antecessorem celeberrimum, Collegam meum plurimum observandum, cum publicè difficiliores Leges Codicis interpretaretur, privatim verò Leges inter se pugnantem conciliaret. Adjunxit verò se insuper Viro Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo atque Excellentissimo DN. ERNESTO FRIDERICO SCHRÖTERO, JCTo & Prof. Publ. Celeberrimo, itidem Collegæ meo pl. honorando, tum in privato collegio practico, tum Disputatorio Schnobeliano; Debitâ quoque industriâ sedulaque attentione Virum Nobilissimum, Amplissimum, Consultissimum atque Excellentissimum DN. JOH. VOLK. BECHMANNUM, JCTum ac Prof. Publ. Famigeratissimum, Collegam meum maximè colendum, publicè prælegentem auscultavit, suamque industriam Huic aliisque Doctoribus tam publicè quam privatim sufficienter probavit. Quorum in numero libens me silentio præterirem, nisi hoc ipso nostro Candidatus suo honori quid decedere putasset, qui aliquâ in parte rerum à se benè gestarum posuit, me audivisse Institutiones Juris publicè explicantem. Denique (quod nequaquam celandum) ut omne tempus studiis impenderetur, privatâ atque assiduâ manu ductione Viri Nobilissimi, Amplissimi atque Consultissimi DN. ADRIANI BEYERI, J. U. Doctoris præcellentissimi, Fautoris atque Amici nostri honoratissimi usus, atque cum Eo totus semper fuit. Fretus igitur studiorum suorum fiduciâ, censuram atque judicium nostri Collegii subire decrevit, atque in numerum Candidatorum receptus textus propositos erudite resolvit, aptèque ad opposita dubia respondit. Et quia ratio ordinis, ut publicè eum nunc sistamus, eique viam ad reliqua specimina edenda, quorum in numero & cursoriâ lectio est, aperiatur, requirit, agite, Magnifice DN. RECTOR, cæteri que Proceres ac Cives Academici cras horâ decimâ antemeridianâ huic Lectioni in Acroaterio JCTorum frequentes adeste. Nos paria datâ occasione faciemus. P. P. d. XXII. Maij Anno M. DC. LXV.*

LITERIS NISIANTIS.